

118 DISP. X. DE FID. DEI

2. Utrum Euangelium majora & perfectio-
ra, magisq; proinde meritoria præcipiat
quam lex? N. Etsi enim majora præci-
pit, quam usitata olim fuerint ex lege; no
tamen quam reverâ debita fuerint.
3. An dentur consilia perfectionis, quorum
observatio sit opus supererogationis? N. Na
si quæ sunt consilia, vel sunt de medio
ad finem præcepti, quod non est per
fectius fine; vel de gradu, qui no
est supra debitum ex lege, sed suprafactū
imperfectius servantium legem.
4. An fideles sub Veteri testamento salvati
sint eodem nobiscum federe? A. Nepe per
remissionem peccatorum, propter sacrificiū
seminis promissi: etsi pleriq; agnitionem
peccati per subtractionem corporalium, &
transgressionem ceremonialiū magis, quam
per intelligentiam plenam moralium, & a-
gnitionem sacrificii pro peccato, in umbra
magis quam in veritate habuerint.

DISP.